

1149

*Q. D. B. V.*

Loco THEMATIS INAUGURALIS

# CENTURIAS

POSITIONUM EX IURE CIVILI  
PUBLICO NATURÆ ET GENTIUM,  
*duas & quod excurrit*

Assistente Numine divino.

*Permissu*

## ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS

INCLUTÆ HUJUS ACADEMIÆ SALANÆ,  
P R Ä S I D E  
V I R O

NOBILISS. EXCELLENTISS. ET CON-  
SULTISSIMO,

D O M I N O

## JOHANNE CHRISTOPHORO

Galdner /

J. U. D. & PP. celeberrimo, Consiliario Saxonico, Curiæ Provincialis &  
Scabinatus nec non Facultatis Juridicæ Assessore graviſſimo,

PRO LICENTIA DOCTORALI

Eruditis exhibet

*ventilandas*

JOH. CHRISTOPH. Plandfenauer /

K. H.

ultimô Julii Anno 1680.

*In Auditorio Jctorum,  
horis ante & postmeridianis.*

Diss. jur. civ.

558, 8

JENÆ, Literis JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI.





## B. C. D.

### I.

**G**ustianianus non fuit quovis Analphabeto rudiōr.

**II.** Defunctus ob æs alienum arrestari nequit.

**III.** A Principe malè informato ad melius informandum provocatio sanō sensū concessiā est.

**IV.** Carcer, Fuga & Tortura infamem non faciunt.

**V.** Reftores Academiarum habent merum Imperium juxta Auth. Habita. Moribus non equidem ubique.

**VI.** Negotiorum gestor modò dolum, modò latam, modò levissimam culpam præstat.

**VII.** Rescidente & Rescissorio Iudicio opus non est in Restitutione in integr.

**VIII.** Actio de dolo non datur, quando ordinaria adhuc restat.

**IX.** Respublica Minorum jure gaudet.

**X.** Testamentum, quo causæ ingratitudinis sec. Novell. 115. c. 3. expressæ non sunt, non est ipso jure nullum, sed per querelam rescindendum; quanquam Praxis aliud servet.

**XI.** Dominus rem suam à quocunque possessoire vindicare potest non soluto pretio, si tempore transitus à militibus ipsi fuerit erepta.

**XII.** Procurator in alterius animam jurare potest.

**XIII.** Res in mare levandæ navis causâ ejēctæ occupantis non fiunt.

**XIV.** Filiusfamilius ne quidem mediante juramento Except. SCti Macedon. validè renunciare potest.

- XV.** Mulier neque in foro Poli obligatur ex intercesione.  
**XVI.** Res immobilis deponitur.  
**XVII.** Si pro merce & pecuniâ simul & alia res additamenti loco data fuerit ,empt. vendit. verè talis est.  
**XVIII.** Sub generali hypothecâ non tantum præsentia, sed & futura bona continentur.  
**XIX.** Si debitor nimiùm solutionem differat, creditor pignus distrahere potest; etiam si de non distrahendo convenerit.  
**XX.** Actione hypothecariâ alii cessâ , translata quoque est Actio personalis.  
**XXI.** Si Pater rem ex peculio filii adventitio vendidit, filio vindicanti exceptio rei venditæ & traditæ obstat.  
**XXII.** Anatocismus Iuri Naturæ non repugnat.  
**XXIII.** Sponsalia de præsenti differunt ab ipso Matrimonio.  
**XXIV.** Non semper prohibetur quis in propriâ causâ testis esse.  
**XXV.** Si missis ab utraque parte imaginibus contracta fuerint inter absentes sponsalia, hic vero contrahens dein deprehendat alterius formam non respondere missæ imaginis, seque dolo, deceptum recedere potest.  
**XXVI.** Matrimonium ,quô pro virgine quis defloratam ignorans duxit, dissolvi potest.  
**XXVII.** Concubina in foro Conscientiæ & Poli est vera uxor.  
**XXVIII.** Per vim stuprò compressa sertum virginitatis in capite portare non prohibetur.  
**XXIX.** Donatio inter Conjuges facta quamvis juramento confirmata I. Civ. non valet.  
**XXX.** Verba, IN CAPITE LIBERO in definit. Tutelæ cum mysterio accipienda.  
**XXXI.** Ratio Carpzoviana P. 2. Const. II. def. 9. quare Saxonies 21. anno completo Majores esse incipient, quia scil.

- scil. in terris Saxonie maturius incipient sapere homines,  
non est ratio.
- XXXII.** Regula: Quamdiu speratur testamentaria tutela,  
tamdiu cessat legitima; locum non habet Electorali tutela.
- XXXIII.** Exhæredatio jus suitatis non tollit.
- XXXIV.** Filius bonorum dilapidator propterea exhære-  
dari non potest.
- XXXV.** Pater filium ideò, quod Reformatam Religio-  
nem deseruerit, & se ad Lutheranam seu Pontificiam  
contulerit, vel vice versa, exhæredare nequit.
- XXXVI.** Legatum rei alienæ, non vero propriæ sub-  
sistit.
- XXXVII.** Gravatus fideicommisso Familiæ potest rem  
distrahere, ut se liberet à poenâ mortis vel membra mu-  
tilatione.
- XXXVIII.** Liberi fideicommisso universali gravati quar-  
tam Trebellianicam & Legitimam simul deducere non  
possunt.
- XXXIX.** Filius familius mortis causâ donare potest.
- XL.** Dominium & proprietatis jus solô nominis sonô dif-  
ferunt.
- XLI.** Princeps mortis suppicio animadvertere potest in  
transgressorem venationum.
- XLII.** Completâ & perfectâ Usucapione res usucaptæ ob  
supervenientem scientiam alienam illæsâ conscientiâ re-  
tineri possunt.
- XLIII.** Sententia in possessorio summarissimo lata est de-  
finitiva.
- XLIV.** Per præscriptionem naturalis & Civilis obligatio  
perimitur.
- XLV.** Lex Civilis prohibere potest, ut ex conventione, ex  
quâ alias de jure naturali obligatio gigni videtur, non  
nascatur verè obligatio naturalis.

**XLVI.** Furti fur agere potest.

**XLVII.** Furtum etiam tempore necessitatis commissum  
verè furtum est.

**XLVIII.** Fur rupto laqueo iterum suspendendus.

**XLIX.** Vindicans rem furtivam emtori b.f. pretium non  
refundit.

**L.** Retorsionis licentia defendi omnino potest.

**LI.** Si quis in confinio duorum Territoriorum occisus re-  
peritur, præventio forum fundat.

## Ex Criminal. Proc.

**I.** Delinquens forum Iudicis in cuius territorio delictum  
est consummatum, non ubi inchoatum, sortitur.

**II.** Nemo ad accusandum obligatus est.

**III.** Iudex, si Accusator ab accusatione desistat, inquisitoriè  
procedere debet.

**IV.** Accusatus accusatorem suum pendente accusatione  
reaccusare non potest.

**V.** Accusatus ob crimen aliquod pendente lite è Collegio  
Opificum repelli non potest.

**VI.** Pro muliere accusatâ de crimine Procurator s. Curator  
ad Litem non admittitur.

**VII.** Processus Ordinarius in Inquisitorium mutari po-  
test.

**VIII.** Accusatione præscriptâ non potest inquire.

**IX.** Banniti hodiè æquiparantur & deportatis & relegatis,

**X.** Cuilibet privato Bannitum Imperii impunè occidere  
licet.

**XI.** Fidejussor, qui se principalem in obligat. Crim. con-  
stituit, propterea carceri mancipari non potest.

**XII.** Singulis vicibus, quibus reus emansit, pecunia cautio-  
nis à fidejussore exigi non potest.

**XIII.** Pro-

- XIII.** Processus Inquisitorius hodiè est remedium ordinariū.
- XIV.** Iudex merum Imperium & inquisitionis officium alteri delegare potest.
- XV.** Iudex, nisi famæ Author sit incertus, inquirere debet.
- XVI.** Denunciator, si delictum postea probari non possit, calumniari præsumitur.
- XVII.** Iudex contra eum, cum quo transactum, inquirere potest & debet.
- XVIII.** In delictis occultis conjecturata probatio pro plenâ habetur.
- XIX.** Ad solam partis offensæ querelam Iudex incarcerare non potest.
- XX.** Äquior est sententia, ut eximens aliquem è carcere poenâ arbitrariâ puniatur.
- XXI.** Reo innocentî legitimè tamen torto non competit actio adversus Iudicem.
- XXII.** Urpheda à torto præstita actionem adversus Iudicem non impedit.
- XXIII.** Minus supplicium à majori absorbetur.
- XXIV.** Carnificis officium non est inhonestum aut famosum.

## Ex Process. Jur. Civil.

- I.** Petitorium & possessorium Iudicium cumulari possunt.
- II.** Qui à petitorio incipit non potest ad possessorium recurrere.
- III.** Qui habet Imperium, in propriâ causâ Processum coram suo Tribunali exercere potest.
- IV.** Iudex etiam Ordinarius ut suspectus justè recusari potest.

V. Plu-

- V. Pluribus Commissariis datis coram omnibus causa ex-  
pedienda.
- VI. Actori quandoque magis favetur quam Reo.
- VII. Sola inhabitatio domus non probat domicilium.
- VIII. Substitutus à Procuratore post lit. contest. non fit  
Dominus litis.
- IX. Syndicus bona Civitatis & Civium obligare potest.
- X. Amicus sine mandato pro amico agere potest.
- XI. Libellus alternativus in multis casibus valet.
- XII. Non opus est ut omnes Exceptiones dilatoriae in  
primo termino opponantur.
- XIII. Fidejussor, si Creditor debitori Principali vel ipsi a-  
liquid debet, compensatione uti potest.
- XIV. Cautio pro reconventione & expensis regulariter  
Reo non injungitur.
- XV. Myrsing. Cent. 2. Obs. 67. n. 7. decem casus recitat,  
in quibus Iudex Laicus suam Iurisdictionem exercere  
possit adversus Clericos.
- XVI. Generalis Litis contestatio hodiè locum non  
habet.
- XVII. Narratio unius partis non facit Litis contesta-  
tionem.
- XVIII. Præsumptio Iuris & de Iure regulariter non ad-  
mittit probationem in contrarium.
- XIX. Iuramentum suppletorium præstare jussus ad pro-  
bationes confugere nequit.
- XX. Nullitas totam causam ad Iudicem nullitatis de-  
volvit.
- XXI. Leuteratio & Obleuteratio novam non faciunt in-  
stantiam.
- XXII. Leuterationis Leuteratio non admittitur.
- XXIII. Potest quis juramento probare, se apud talem  
Magistratum Iustitiam non consecuturum.
- XXIV. Iu-

**XXI V.** Iudex expensas, quānvis non petitæ fuerint, parti  
vincenti adjudicare potest.

## Ex Jure Publico.

- I.** Publicum & privatum Ius Objectō non formā differunt.
- II.** Collectum est ex divinis & humanis etiam naturalibus principiis.
- III.** Imperium nostrum, quod est (1) de quatuor Monarchiis. (2) Idem post tot mutationes, & (3) una Respublica, adhuc hodiè recte Roman. dicitur.
- IV.** Ad Carolum M. à Pontifice translatum non est.
- V.** Malè à Pontifice allegatur præscriptio, quæ est Iuris Gentium.
- VI.** Bellum est falsus Iuris Titulus.
- VII.** Imperatores nostri post Carolum M. nunquam habuerent successionem absolutam, sed mixtam cum electione.
- VIII.** Capitulatio per se non est titulus, sed Iurium per se subsistentium declaratio.
- IX.** Obligat Imperatorem non simpliciter.
- X.** Restitutio in integrum contra Pontificias fraudes ex Iure Naturali benè defenditur.
- XI.** Plerumque quem quis protegit, ejus fit Dominus.
- XII.** Malè Lampadius Status Civibus Imperantibus accenset.
- XIII.** Malè concluditur, hic est relatus in circulum, ergo est Status Imperii.
- XIV.** Director Circuli alias quam Germanus non potest eligi.
- XV.** Conventus speciales insciō Imperatore instituere licet.
- XVI.** Matricula non probat Statum Imperii.
- XVII.** Imperator Major est Imperio.
- XVIII.** Præcisè Germanus est eligendus.

B

**XIX. Ius**

- XXI.** Ius eligendi competit Electoribus non ut singulis, sed  
ut universis.
- XXII.** Electores Ecclesiastici ante confirmationem Ponti-  
ficiis electioni interesse possunt.
- XXIII.** Etiam nondum investiti exemplo Friderici Colo-  
niensis.
- XXIV.** Sobriè afferitur Imperatorem habere plenitudi-  
nem, non verò summitatem potestatis.
- XXV.** Confertur hæc ipsi immediate à Deo.
- XXVI.** Feudorum cognitionem Electores & Principes Im-  
perii Cæsareæ Majestati ultrò submiserunt.
- XXVII.** Non potest deponi Imperator.
- XXVIII.** Renunciationem cum consensu Electorum fa-  
cere debet.
- XXIX.** Non sequitur, est primus in ordine, E. primum  
votum habet.
- XXX.** Potest quis sibi ipsi suffragium ferre.
- XXXI.** Capitulum non potest convocari sede vacante.
- XXXII.** Capitulatio ante concipitur, quam electio solen-  
nis fit, nec ante eligitur, nisi constat, quod articulos con-  
ceptæ Capitulationis servaturus sit.
- XXXIII.** Electores Statuum nomine votant.
- XXXIV.** Status noster Monarchicus est; Nam (1)
- XXXV.** Omnes Status Imperii non sunt Vasalli tantum,  
sed & subditi, etiam corporaliter, si in Cæsarem delin-  
quant puniendi. (2)
- XXXVI.** In causis personalibus Cæsari subjiciuntur.
- XXXVII.** Committunt in Cæsarem crimen læsæ Majestatis  
causativè & efficienter tale. (3)
- XXXVIII.** Iurant Homagium Imperatori non Statibus. (4)
- XXXIX.** Nullum Majestatis Ius Ordinibus seorsim con-  
sideratis independenter competit. (5)

XL. Per

- X L. Per Capitulationem omnia Iura Majestatica in Cæsarem expressè transferuntur. (6)
- XLI. Potentia & Libertas Statuum hinc tanto augustiorem facit Majestatem Cæsarum.
- XLII. Pactum ratione Formæ non derogat Majestati, sed ratione Objeti, si quid tollitur, quod ad Majestatem spectat.
- XLIII. Is est Status Imperii, qui habet votum & sessionem
- XLIV. Licet nulla bona immediata possideat.
- XL V. Electores reliquos Orbis Principes etiam in aliis Principum Christianorum conventibus præcedunt.
- XLVI. Neque de novo telonia indicere, neque vestigalia vetera augere possunt.
- XLVII. Non datur ab iis provocatio, nisi in causâ dengatæ Iustitiæ.
- XLVIII. Non sequitur, qui est in territorio, est de territorio.
- XLIX. Comitia cum Electorum consensu indici debent.
- L. Non semper in Comitiis major pars concludit.
- LI. Iurisdictionem territorialem habens etiam Regalia habet.

## Ex Processu Camerali.

- LI. Iurisdictione Cameræ Imper. quæ ordinaria obitu Imperatoris non expirat.
- LII. Austregæ in causis feudalibus & mandatis super Pacem religiosam locum non habent.
- LIII. Privilegium primæ instantiæ habens in Iudicio Aulico non potest conveniri.
- LIV. Princeps requisitus non potest cogere subditos vel alios, ut coram suis Consiliariis desuper deputatis agant.
- LV. Per Recessum Imperii 1055. §. **Doch sollen.** iis tantum, qui Augustanæ & Catholicæ Religioni sunt addicti beneficio Pacis religiosæ & profanæ frui licet.
- LVI. Domus Austriaca quamquam exempta in punto fraetœ pacis publicæ Cameræ Iudicio subjecta est.

- LVI.** Domus Austrriaca quanquam exempta in punto fra-  
et pacis publicae Cameræ Iudicio subiecta est.
- LVII.** Constitutio fractæ Pacis etiam locum habet, si pacifra-  
gus impeditus fuit, quo minus Pacis violationem in effe-  
ctum producere potuerit.
- LIX.** Supplicationi in causâ fractæ Pacis publicæ utiliter in-  
seritur Constitutio Legis. Si quis in tantam. 7. C. unde **vi.**
- LIX.** Accusatio fractæ Pacis transit ad hæredes, imò non.
- LX.** Arresta regulariter Jure Civ. & Canonico sunt prohibita.
- LXI.** Cautio Judicio sisti & judicatum solvi in causis Arrestorū  
etiam ab Illustribus personis & Statibus Imperii præstatur.
- LXII.** Captivus ante, quam dimissus fuit è carcere, pro re-  
laxatione juramenti ad effectum agendi agere non potest.
- LXIII.** Pactum de non appellando valet.
- XLIV.** Contumax appellare potest.
- LXV.** Etiamsi non in specie ad Cameram, sed Cæsarem In-  
strumentum appellationis dirigatur, tamen recipitur sup-  
plicatio in Camera.
- LXVI.** Procuratoris negligentia, qui appellationem inter-  
misit, Domino nocet.
- LXVII.** Non opus est inhibitione, si à definitiva appelletur.
- LXVIII.** Lite jam constitutâ & pendente commissio ad per-  
petuam rei memoriam peti & decerni potest.
- LXIX.** Quarta dilatio per novissimum Imperii Recessum  
est sublata.
- LXX.** Procuratoris mandatum morte Principalis non ex-  
tinguitur.
- LXXI.** Bannum contra Universitatem singulos afficit.
- LXXII.** Veniens contra Iuramentū defuncti non est perjurus.
- LXXIII.** Citatio partis est necessaria, quando quis absolu-  
tionem petit à juramento ad effectum agendi.
- LXXIV.** Procuratori Fisci ad probandum Reus rationes &  
Instrumenta edere tenetur.

**LXXV.**

- LXXV. In causis fractæ pacis poena banni in pecuniariam  
converti potest.
- LXXVI. Omissio Conclusionis causæ vitiat sententiam de  
Iure Camerali.
- LXXVII. Conclusionem in causa factâ , Probationes facti i-  
tem Instrumenta produci non possunt.
- LXXVIII. Post conclusionem in causa Iuramentum ad  
partem necessarium vel suppletorium probationis in e-  
ventum à Judice peti non potest. Ratio, quia Iur. ne-  
cess. est species probationis.
- LXXIX. Iudex ex officio tam ante quam post conclusio-  
nem causæ, parte non petente, juramentum necessari-  
um deferre potest.
- LXXX. Sententia in Dominum, non Procuratorem, fertur.
- LXXXI. Petitione Restitutionis in integrum speciale man-  
datum requirit.
- LXXXII. Petitione Restitutionis in integrum executionem  
sententiæ impedit.
- LXXXIII. Camera Revisores legitimis ex causis recusare  
potest.
- LXXXIV. A denegata Restitutione Revisio peti potest.
- LXXXV. Revisio & Syndicatus differunt.
- LXXXVI. Hæres in poenam executorialium condemnari  
potest.
- LXXXVII. Si post latam sententiam à parte vincente  
ignorante, viatâ vero sciente, transactum sit, sententia ni-  
hilominus executioni mandatur.
- LXXXVIII. Hæres poenam pecuniariam in quam defun-  
ctus prius condemnatus, exsolvere tenetur.
- LXXXIX. Legitimus ad Assessoratus dignitatem evelli non  
potest.
- XC. Assessor ab officio ex causis legitimis removeri potest.
- XCI. Si Processus secundum narrata denegatur, iterum sup-  
plicandum.

- XCII.** Citatio invalida per comparitionem convalidatur.
- XCIII.** Hodiè non requiritur, ut copiæ citatis insinuandæ à Proto- Notario aut Lectoribus vidimata sint.
- XCIV.** Citatione ad reassumendum hodiè in Camerâ non opus est.
- XCV.** Mandata sine clausula quandoque valent.
- XCVI.** Mandata de non offendendo subditis contra Dominum regulariter non concedenda.
- XCVII.** Comites vel Nobiles immediati si conveniuntur à Nobili, Cive vel Rustico mediato privilegium primæ instantiæ non habent.
- XCVIII.** Cessant Austregæ si Imperii Princeps cum suis subditis simul conveniatur.
- XCI X.** Mediati regulariter in primâ instantiâ in Camerâ conveniri non debent.

## Ex Jure Nat. & Gent.

- I.** Jus prius est Justitia , imò contra.
- II.** Turpe & honestum est post legem.
- III.** In Moralibus punctum non invenitur sine aliqua latitudine.
- IV.** Si Deus insontem occidi aut res alienas auferri præcipiat , non est homicidium aut furtum.
- V.** Inter prima Naturæ non reperitur aliquid bello repugnans.
- VI.** Per Constitutionem Judicij non sublata est se defendendi licentia.
- VII.** In Momentaneis cessat Judex , & Lege Evangelicâ melius est occidere aggressorem , quam occidi ab ipso.
- VIII.** Plures Civitates foederatæ, singulæ retinere possunt summam potestatem.
- IX.** Hujus subiectum est persona una vel plures.
- X.** Reges non subjiciuntur arbitrio populi.
- XI. Nec**

- XI. Nec populus Regem constituens constitutō superior est.  
XII. Ex externo schemate non judicandum de summa potestate.  
XIII. Regi quandoque populum alienare licet.  
XIV. Nullo ferè casu populo Ius belli in Regem aut Principem datur.  
XV. At in illum qui Regnum alienat.  
XVI. Qui manifestè totius populi hostem se fert.  
XVII. Si in delatione Imperii resistendi libertas certis casibus reservata sit.  
XVIII. Si bello injusto vi occupata & retenta possessio, fide non datâ aut pactione non fecutâ.  
XIX. In Jure controversō privatus possessionem sequi debet.  
XX. In verâ defensione homo non occiditur ex intentione.  
XXI. Conjurans aut venenum struens propterea interfici non potest.  
XXII. Periculum mutilationis membra quandoque id permittit.  
XXIII. Et pro pudicitia qualitercunque defenditur.  
XXIV. Secus propter alapam aut simile malum.  
XXV. Raptor verò bonorum nostrorum , si ita opus sit, interfici potest.  
XXVI. Res in principio statim propriæ, non communes fuere.  
XXVII. Pater potest filium oppignorare.  
XXVIII. De Jure Naturæ non rest essentialē requisitum consensus Parentum ad validitatem conjugii.  
XXX. Res patrimonii distinguenda est ab iis, quæ sunt in fructu patrimonii.  
XXXI. Alimenta à parentibus liberis J. N. debentur.  
XXXII. Idem Liberi parentibus debent sed diversō modō.  
XXXIII. Natu maximus præfertur jure Naturæ in Regno.  
XXXIV. Filius à patre ex hæredari potest, ut ne in Regnum succedat, in Regnis scil. alienabilibus.

XX XV.

- XXXV.** Potest quis pro se & liberis abdicare Regnum aut Jus succedendi in eo, in hæreditariis scil. regnis.
- XXXVI.** Filius ante Regni adoptionem natus præfertur in Regno individuo ei, qui in Regia fortunâ natus est.
- XXXVII.** Item Nepos ex filio priore filio posteriori.
- XXXVIII.** Neptis ex filio primogenito nepotem ex ultimo filio non excludit.
- XXXIX.** Persona heredis eadem censetur cum personâ defuncti.
- XL.** B. f. possessor non tenetur ad restitutionem, si res perierit.
- LXI.** B. f. tamen empta res aliena est restituenda, scil. repetitione erogati pretii.
- XLII.** Ad perfectæ promissionis vim requiritur Usus rationis.
- XLIII.** Facti per se illiciti promissa non valent.
- XLIV.** Exercitoria & Institutoria actio ipso Iure Naturali nuntur.
- XLV.** Qui cum aliquo contrahit, tenetur significare vitia sibi nota ejus rei, de quâ agitur.
- XLVI.** Iusjurandum dolo elicitum non obligat.
- XLVII.** Ut valeat juramentum, debet esse obligatio licita.
- XLVIII.** Etiam si à Principe fiat Emt. vend. sine certo pretio, s. locatio conductio, non expressâ mercede, non erit talis.
- XLIX.** Qui virginem imminuit, vi aut fraude vel rependere quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum, vel ducre, si ea promissione corporis usuram impetraverit, eam debet.
- L.** Arma non licet inferre populis ideo, quod Christianam Religionem sibi propositam amplecti noluerunt.

